

1978

M

388.

(24)



010 6u

EPICEDIA,

Quibus

VIRI

Plurimum Reverendi, Amplissimi &
Excellentissimi

DOMINI

JOHANNIS
CHRISTIANI

GOTTERI, &c. b. m.

Patroni desideratissimi

*Beatis manibus honorem ulti-
mum, gratitudinemque debitam
persolvunt*

Adjunctus & Inspectionis Goldbacensis
quidam Confratres.



GOTHÆ

Exscribat Christophorus Reyherus.

Anno M. DC. LXXVIII.

AK



I.

PLAUSUS

*Fama mendaci ante biennium oppositus nec non
ελοκαεδιος, boniq, ominis gratia datus valetudini prospera*

VIRI

Plurimum Reverendi, Amplissimi & Excellentissimi Domini

JOHANN-CHRISTIANI GOTTERI, &c.

Patroni Optimi :

Obriguisse meum GOTTERUM fama diebus
His sparfit mendax, obstupui, obrigui!
Sed valuisse meum Patronum scripsit Amicus,
Oreque firmavit KREBSIUS, & valui.

*Gotterum spero hinc victurum tempore longo,
Ecclesjæ Patriæ sidus & omne decus;*

*Ut porro possit radiare suisque mihique,
Sic radiare meis, hoc radiante, qveo.*

*Namque carere minus dextrò quam lumine possum,
Hujus consilio præsidioque VIRI..*

*Ergò Deoque Duci que suisque meisque valere
Et cultu, & studio, & curâ, & amore qveat!*

*Cardiacumque malum non obsit, sed mage profit,
Sit mage cordatus, cardiacusque minus!*

Plausum hunc proh dolor !!

Sequitur.

PLAN-

PLA N C T U S

In beatissimum ejusdem Obitum:

Obriguisse meum GOTTERUM nuncia fama,
Sed jam non mendax reppetit: obrigui!
Sol meus ipse fuit, mea gloria, tristis at ille
Occidit, hæc itidem non reparanda fugit.
Hæc ego Fata queror, pergit vehementia luctûs,
Ex oculis lacrymas sollicitare meis.
Triste Tui desiderium *Gottere* relinquis,
O si Te vivum reddere vota queant!
O si jam fallax iterum me terreat error,
Temet & incolumem nescia Musa fleat!
Ut porrò possis radiare Tuisque mihiqve,
Ut radiare meis, Te radiante, queam!
Ast heu plangendum est, manet irrevocabile fatum,
Gotterus noster non rediturus abit.
Esto: Polo radiet stellarum luce coruscus
Inter & angelicos fulgeat usque Choros.
Tu tamen, alme Deus, mœntis immersa tenebris
Pectora, quod potis es, luce favente, bea!

Wolfgangus Henricus Mahn, Past.

Goldb. & Diœc. Goth. Adjunctus.

III.

SI Pietas, si prisca Fides, doctrinæq; rara,
Si gravitas morum, & candida dexteritas
Mortem placarent immitem; haud mortuus esses,
Gottere, ô *Sophia* Theologûmqve decus!
Verùm lex fixa est; moriendum est omnibus, omnes
Sub leges cogit, mors homicida, suas.

A 2

Inter-

*Interea salve: faxis dulcissime Jesu,
Ut bene migremus, qui sumus hic reliqui!*

Συμπάγων αποπ.

Michael Franc. P. Sonnenborn.

II.

HEi! Dominus Superintendens Primarius umbram
Ingreditur Mortis! Mors sua quemq; manet! *ps. 23.*
Terremur? Comitum fidum qui nactus Iesum,
Huic plana est mortis tutaque facta via.
Cum Jesu adscendit magnus GÖTTERUS in Aulam
Coelestem: nostrum quisq; age, tendat eò!

*Andreas Wandersleben / Pastor
Brüheimensis.*

IV.

Gothe Sol Gotter, Cleri venerabilis Abbas
Occidit heu! Clarus, Rectus, Magnusq; Sacerdos!
Sistite sed lacrymas, vis ignea mentis ad astra
Tormina post mortis, Iova salvante volavit.
Justitiam en docuit multos, populosq; Ducesq;
Ergò ut stella micat, vivitq; polo rutilante!
Ferte Patri hinc plausus, Confratres, tollite corda,
Sursum sic eadem nos gloria certa manebit.

In devotionem debitam p.

*Quirinus Ritzius, Eschenber-
gensis Pastor.*

V.

DUm GÖTTERUS obit, Patriæ venerabile nostræ
Lumen & Aonii Duxq; caputq; chori;

Illius

Illius ergò piò decoramus funera fletu,
 Et querulò querulos edimus ore sonos;
 Nempè quibus rerum commissa est cura sacrarum,
 Quosqve sacrum purè pandere dogma decet.
 Sed quia sic voluit stellantis Rector Olympi,
 Cujus ab arbitrio vitaqve morsqve venit:
 Sistere nunc fas est gemitus, suspiria, planctus,
 Sicqve graves nostras attenuare vices:
 GOTTERUS siquidem placidà requiescit in urnâ,
 Inqve Polo lætus digna brabea capit:
 Et simul infertus cœli radiantibus astris,
 Nunc cantat summo jubila læta DEO.

*Vera condolentia nec non debita observantia
 ergò apponere voluit*

Georgius Bertuch / Gothanus,
 Pastor Siblöbienfis.

VI.

מרגל אלבך Arab. Gen. 35, 8.

Morgenländische Klag-Eiche
 bey dem traurigen Begräbnis

Der Hochgelehrten und Hochgeehrten Kirchen-Ummen/
 der Hoch-Ehrw. Exc. des seligsten Herrn

Ober-Hof-Predigers und Super. Primar.
 gesezet und außgebreitet in dreyerley Zweigen:

אלשיח אלמאם אלעמרה

Latina Versio: doctus, antecellens Senior

I. אלעלמת אבוועבון אלה

Lob- und Ehren-
 Zweige aus Arabi., Dei servorum Pater, eruditus atq;

scher u Persis. Sprache. אלשהיר רבי בעלמן

,mundo in Dominus celebris

A 3

וולי

*In Giarumia Asia
& Africa. p. 1.*

וולי פי אלדניא גלין
revelator, mundo in meus Patronus

דמטמון קדשת אלמשיח
Messia orator occultorum

*Ebn Mukfa in Festiv.
Persic. Ruzname.*

אלמנסוב ואשמיי אלמכארך
benedicti & augusti, invisti
מרדעת כיעתון מאתן
est mortuus templi Nutritor

*Coran. Arabic.
Sur. 12.*

רבנא גותר ואנדפנן *
est sepultus Gotterus noster Dominus

רבני קד אתיתני מן אלמלך
Regno de mihi dedisti olim, mi Domine O

וועלמתני מן תאולך *
tua explicatione de me docuisti &

*2.
Klag- und Trauer-
Zweige in Chald:
Syrischer Sprach.
Act. 8. 2.*

אנמא אשכון במי
meo dolore de conqueror Tantum

והצוי אלי אלהי *
Deum apud mea tristitia &

קפסי קברו גבריא
viri sepeliverunt, feretrum in Posuerunt

לאסטפנוס מהימנא
fideles Stephanum

ואתאבלו עלוהי רורבאית
eum propter maxime luxerunt &

אנא אתאבל יתראירת *
potius lugens sum Ego

מספר

מספר רב ותקיף לחרא
! valde gravi & magnò luctu

Cl. Erpen. in Com-
ment. Coran. Arab.
in Persia, India, Si-
na homines præ do-
lore vel amore suas
manus scindere so-
lent.

אנא אתסודק א'דיא
: manus scindens sum Ego

מטל דשקלוהי למרן
nostrum Dominum sustulerunt quia

מן היכלא ואסכולן *
! nostris Scholis & templo è

אלא אלהא שאל מן נפשה
ejus anima ab petiit Deus Sed

3.
Trost- und Freu-
Den-Zweige.
Matth. 25.

סם בשמיא ואמר לה *
: ei dixit & Coelum in posuit

אין עכדא טכא ומהימנא
fidelis & serve Euge

Apoc. 22. 2. E-
thiops Par. vocat ra-
mos palma, quia
palma singulis Luna
exortibus unam pro-
ducat Bain, ita ut an-
ni sine 12 fiant Rami.
Vid. Ebn Azulkefato.

עולל לחרותה דמוך יטכא *
boni tui Domini gaudium in intra

גתרום איתיה דקלא ירקא
viridis palma est Gotterus

דעכד פארא תרעסר תשא
nunc duodecim fructus ferens

Mit diesen wenigen wolte seine Schuldigkeit ablegen/
und sich der löblichen Adjunctur Goldbach ge-
büßlich conformiren in Eil

Johan. Michaël Jacobi, Diener
Christi zu Lützeben.

VII. Lu-



VII.

Lumen GOTTERI, proh! quam lethalia verba!
 Occidit, & parochis mille parit lacrymas.
 Haud vulgarem etenim sed magnò nomine clarum
 Amisere virum: *Principis ora fluunt.*
 Profuit hic cunctis magnis parvisque, nec ulli
 Obfuit in minimis: *Ipsa columna ruit.*
 Lugent Gothani, lugetque Ducatus uterque,
 Aulicus in luctu, luctus in urbe gravis.
 Ast quorsum lacrymæ! justi nam lumen in ævum
 Clarius effulget; funere non perit
MAGNUS GOTTERUS, felix lætusque triumphat,
In Jesu superans tormina, victor abit.
 Svaviter en! corpus dulci requiescit in urnâ,
 Spiritus inque Polo grudia mille capit.
 Ergo condoleo nostrâ de sorte dolendâ,
 Defuncto Domino gratulor ast animo.

*Ita beatiss. manes Magni Gotteri Theologi
 supra laudem positi veneratur*

M. Johann. Andreas Gnüge/P.
 p. t. Baldestadiensis.

IIX.

Carmina jam volitant, Magni Parnassus honores
 Gotteri celebrat: Fama per astra volat.
*Ati Tua quis dignis cantabit premia Musis
 Cœlicolas inter quæ Tibi Jova dedit.*

In memoriam Beati de Ecclesiis Scholisque meri-
 tissimi Dn. Superintendentis & Concionat.
 Aulici primarii hæc adjicere voluit & debuit

Friedericus Sommerus, P.
 Rembsadensis.

IX. Tri-

IX.

Tristia sunt Tua Fata quidem, Charissime, nobis,
 Dum subito sentis tela inimica necis.
 Lata tamen Tua Fata putat, quicumque beate
 Invidet haud vite gaudia magna Tibi.
 Gratulor hinc anima sancta, Magnoque Patrono
 Mente precor gratâ, molliter ossa cubent,
 Donec ad aeternam clangens tuba corpora vitam
 Suscitet, extremò glorificanda die.

Hisce desideratissimi Dn. Compatri &
 Cognati manes prosequitur

*Anhardus Zeffler / Pastor
 Cobstet. & Grabsleb.*

X.

Nondum bis lampas Phœbea revolverat annum,
 Cum pius Antistes noster itata fata subiret,
 ex quo præclaro cuidam fidòque Ministro
 Christi supremos reddens ad funus honores
 nil prius admonuit, nil est magis ore precatus,
 quam: fidei in cunctis vigeat constantia veræ.
 Cernere tum licuit, quantæ constantia curæ
 Doctori fuerit, quem jam ploramus ademptum.
 Illi quanta fuit sanctæ fiducia svadæ!
 Ut præco ardebat gaudens accendere pectus
 auditoris, ut is Jesum sine fraude teneret!
 Ut mirabatur delapsas æthere voces:
 Sis, Polycarpe, animo forti, sis pectore firmo!
 Ut lætâbatur certam monstrare coronam,
 quam cum Smitnensi ad finem usque fidelis habebit!

B

Nec

Nec secus, ac docuit, medio in discrimine mortis:
egit, ut exemplo nobis injuncta probaret.
Namque tenax fidei & Jesu sincerus amator
firmo animo certavit & ignea tela repressit.
Nunc ergo, hostili feliciter agmine victo,
optato fruitur magna cum laude triumpho,
atque data splendet latus sine fine corona.

*Hiscæ beatissimè Defuncti memoriam
nunquam intermorituram cole-
re debuit.*

Volcmarus Kirchnerus, Eccles.
Wiglebiensis Pastor.



Seriùs



Serius allatum.

Bei vielfältiger Todten-Klage

vorn wegen:

Des lieben u. um die Kirche Gottes Hochverdienten
Sehl. Hrn. Ober- Hof- Predigers /
eröffnete seine gleich am Tage der Christl. Begräbnis-
etwa fernerweitig-gehabte Trost-Gedanken
in einem Madrigal /

der Unten-benante.

So wird ja wol der theure Gottes-Mann
Herr Gotter gnug beklaget !

Und dennoch hilfe es nirgend zu /
Es gehet hier nach Gottes Rath und Willen.
Der wird und kann
zu seiner Zeit die Lücke wieder füllen.

Dir aber ist inzwischen wol geschehn /
Du Gottes-wehrte Seele du !

Ach ! wer nur auch so seelig weere /
Der keme ja zu gleicher Himmels-Ehre !

Joh. Heine. Arstenius / v. Münden /
Mag. Kais. adelgekr. Poet u. Pfarrer zu
Bussleben / in der höchstpreiswürdigen
Deutschgesinneten Genossenschaft

der Vährende.

ILICET

Kapitel 78 19 388
(24)



ULB Halle 3
005 129 842



VDA7





E P I C E D I A,
Quibus
V I R I
mum Reverendi, Amplissimi &
Excellentissimi
D O M I N I
H A N N I S
C H R I S T I A N I
G O T T E R I, &c. b. m.
roni desideratissimi
s manibus honorem ulti-
m, gratitudinemque debitam
persolvunt
tus & Inspectionis Goldbacensis
quidam Confratres.
G O T H Æ
bebat Christophorus Reyherus.
Anno M. DC. LXXVIII.

AK

